

Y, 18.

41567.

19

DE APOSTOLO PAVLO,
ELOQVENTIAE POPVLARIS OMNIBVS NVMERIS
ABSOLVTAE EXEMPLIO, PAVCVLA
QVAEDAM DISSERENS

V I R O

MAGNIFICO AC SVMME VENERABILI,

D.CAROLO CHRISTIANO
TITTMANNO,

MVNVS SERENISSIMI DVCIS ELECTORIS SAXONIAE
SVPREMI SENATVS ECCLESIASTICI CONSILARI, DIOCESEOS DRES-
DENSIS SVPERINTENDENTIS ET PASTORIS AD AEDEM
S. CRVCIS PRIMARII

A. D. III. KAL. OCTOBRIS A. R. S. CIO IO CCLXXXIX.
AVSPICATO ADEVNTI

EX ANIMO GRATVLABVNDVS OMNIA FAVSTA ATQUE
PROSPERA APPRECANS,

FAVORI TUTELAEQUE OMNIBVS, QVIBVS POTEST
MAXIMIS, PRECIEBUS

SE PIE COMMENDAT

IOANNES GOTTLLOB RIECKIUS
AA. M. ET PASTOR SIZERODAE.

DRESDAE,
LITTERIS HENR. GVL. HARPFETRI.

19.

Cum vario modo ab origine inde restauratae per Christum salutis contra scripturas s. bella mota fuerint ab hostiis, partim earum diuinam inspirationem et suggestionem, partim vilitatem auctoritatemque impugnando; tandem omnis eorum furor et vis hostilis eo est progreffa, vt omnis virus acerbatis in dictione, siue scripturae genus euomerint. Quippe hi impugnatores impudentissimi bene perfixerunt, hoc si feme hominum animis perfusum esset, omne scripturae genus in facris volumibus esse vile, biuncum, horridum, vitiosum et ab omni dictiones elegancia alienissimum; fore, vt multi hac praeconcepta opinione obcoecati atque praedediti a perlegendo perfractandis libris diuinis inspiratis facilime retrahantur.^{*)} Instutum innatumque esse videtur omnibus erectoris praeferunt ingenii, vt, sicut in corporis vestitu reliquaque supellestili ornatum, munditiem atque elegantiam sectentur et veneantur; si a libro abstineant, eiusque lectionem penitus negligant, qui, omni decenti ornatu defititus, verbis oboleris, peregrinantibus, nullo et constructionis et compositionis adhibito ordine, est refertissimus. Quod omnes ii bene norunt, qui libri petulanis et Iacui argumenti conscientis et in publicum protrudendi *πρέστε τὸ ἀληφτα* lucrum turpisime inhant. Si si quandam histrio lam ingenio luxurianti confingunt, lenociniis verborum exornant, variisque imaginibus vndeque corralis expolunt et leviant, aut si aliunum librum rebus spurcissimis, veritaque diuinis patefactae inimicissimis repletum foras emittunt, atque e mille aliis eiusdem farinas compilant atque exscribunt, in eo omnem diligentiam, studium atque operam collocant, et quasi profundunt,

^{*)} Vid. Laetantii Institution. Lib. V. Cap. I. §. 15, et lib. VI. Cap. XXI. §. 4. edit. Blaenomani. Hec in primis, sit, causa est car apud sapientes et doctos et principes huius seculi scriptura sancta fide careat, quod prophetae communi ac simplici sermone, vt ad populum, sunt locuti. Contemnuntur itaque ab iis, qui nihil audire vel legere, nisi expolitum et disertum volant; nec quidquam haerete animis eorum potest, nisi quod aures blandiori sono nuncet; illa vero, quae fordida videtur, anilia, inepta, vulgaria existimantur.

dunt, ut verbis nitidissimis et bene sonantibus, atque floribus vindictaque collectis et studiose conquitis legentium aures permulcent et titillent. *Adiusti enim, inquit Laelius Infit, Lib. VI. Cap. XXI. dulcibus et politis sue orationibus sue carminibus, dianarum litterarum simplicem communemque sermonem pro sordido aspernantur. Id enim querunt, quod sensu demulcent.* Leuctores atque entores aliarum rerum longe utilissimarum comparandarum parcissimi eo ardenter advolant tanquam ad cupidas melle duliores, quae, quo auditus deglutuntur, eo citius dolorem vomitumque stomacho mouent; in emendis his historiis ingentem pecuniae vim liberalissime profundunt, atque eo libentius, quo magis horum librorum lectioni a buccinatoribus, pecunia redentis, ad appetitus in gyrum rectae rationis duendos, mores emendandos, dicere solebant, deprauandos, atque a veritate recto trahite seducendos, permutum utilitatem tributur. Quippe hi sunt libri, quorum assidua tractatio veram omnibus instillare possit sapientiam, quos itaque manu nocturnaque versari deceat. Quantum vero detrimentum his libris emitendi et diuulgandi et literarum incremento, et pietatis exercitu, (quod frugiferis tantum rebus ali potest,) adseratur, et quam homines his peccatis libris aude legendis et imbibendis corrupti atque in diversum distracti, a diligenti scripturae f. perrefiguratione reficiant, quae tamen fons et origo est omnis veritatis, in qua πάτερ οἱ Θεοὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως continentur, quae nos πέπλον ἡγεμόνης αρχαῖον θεοτοπίας efficere debent, cognitu iudicataque est facilissimum. Vix me multo perpicaciore, omni literarum genere exultissimi, veritatisque propagandae per rectum et legitimum scripturas f. explorandi studium guariri, hoc dannum inde redundans secum animo iam dudum perpenderunt, omnesque a perlegendis et euoluendis his malae notae libris omni adhibita diligentia, intentis et animi et ingenii viribus, auocare atque retrahere conati sunt, praesertim cum nostra aetate magna et utilissimorum et elegantissime scriptorum librorum copia proplet; sed mores nostrorum praeceps temporum sic sunt comparati, vt in peius semper ruant. *Genū humana ruit per vetitum nefas.* *) Nos sapientiam φάρκευσθαι τοφέας, siue gisfum, quem vocant, libi foliis arcogintibus non inuidemus, nec profusioni in hos libros comparandos, tam liberali manu erogatae, indignaremur, nisi idem delicatuli, atque male ingeniosi homines, libi omnis veri videndi atque diuidendi

*) Vid. Horat. lib. L Od. III.

LXXXVII

dicandi vim et principatum tribuentes, *ἀρχέψασι*, quauis occasione odium suum et contentum erga volumina diuinitatis patefacta palam facerent, aliosque eodem odio inflammare atque incendere niterentur. Hi enim sunt, qui, quoties a lectione ludici eiusdem libelli recurrunt, quem vix amant, in deliciis habent, exosculantur, deonorant; si demum sic fermo de scriptura f., inconciinos extollendo clamores, cachinios inordinatos mouendo, nafso adnoco deridendo, omnem scripturam f. de gradu deturbare, atque ad libros utilissimos nulliusque pretii detrudere haud erubescunt.

*At tuba terribilem sonum procul aere canoro
Inrepuit, sequitur clamor, coelumque remugit.
ώ πόνον, ἡ δὲ πάθος ξενέτες ἀγοράζεται
Νηπίαζος.*

Hom. Iliad. β. v. 337.

At enim vero non opus est, vt auditio hostium vario clamore tumul tuantumque strepitu, fugam capessendo turpem, terga vertamus, hisque victoriae de nostra bona causa obliquefaci arque atomiti concedamus. Omni potius deposito metu cum aduerfaris congregiantur intrepidet et hilares, superiores euasur. Victoria in manibus nostris est, manebitque. Scriptura f. in se continet et rerum dignitate atque grauitate longe praeflantissimas, et scitu quam maxime necessarias res, nec tam inconcine, incomite atque pueriliter sunt scripsi, atque exarati libri, vt lectio et pertractatio eorum nauifae molestiam cuiquam excitare poscit. Contra ea, quo doctiores litterisque expolitiores fuerint homines, quo magis iudicij subtilitate rectum prauo dignoscere didicerunt, eo studiosius horum librorum tam grauitet, tam concise, tam eleganter scriptorum affiduam et quoridianam lectionem omnibus, salutis aeternas per Christum fruenda cupidis, quam maxime commendarunt. Non animus est, hic ea repetere, quae de virtutibus et dotibus scripturae f., de stilo totiusque orationis habitu in omnibus sere Herme neuticis et dogmaticis institutionibus sexcenties dicta et iterum iterumque proflata fuerunt. *) Seimus in vtramque partem a defensoribus stili scripturae f. esse peccatum. Fuere, qui genus dicendi f. f. proxime ad Atticum accedere velleint: alii hanc sententiam oppugnando in contrarias partes di-

A 3

lapſi

*) Vid. Morneus in libro de Veritat. relig. Cap. 34. Flacius de stilo sacr. litter. et Christ. Math. Pfaffius in notis exegeticis in Euangel. Matth. qui omnem con trouerarum historiam exposuit.

lapſi ſunt. Nos liti dirimenda non immisceamus nos, ſed potius ſententiae, a Ioan. Chrift. Gottlieb Ernſtio prolatas calculum noſtrum adiiciamus. *Vid. diſput. de iſu vita communis ad interpretationem noni Teſt.* Quae enim, ait, illis Graecorum libris ex periodorum concinnitate, verborum numero, ſententiarnque ornata ſtudioſe queſito. ſublimitas et elegancia accedit, et, ſi his rebus metiamur elegantiam et ſublimitatem, in libris N. T. planis locis non habet, conſcriptis ab iis autoribus, quā de rerum diuina origine et gravitate perſuati, minis curarunt elegantem verborum dilectum et ſententiarum ſtrucluram. *Vnde et Salmasius, aſſim dicere, ait, cui libet ultra principia graecae litteraturae paululum prograſſo faciliore ad intelligendum fore libros N. T. quam Demoflenis et Thucydidis opera: nam praecipua difficultas orationis in singulari verbis conſiftit.* Et paulo poſt pergit. *Quamquam non eſt negandū, cum in Euangeliſtarum, tum Apofolotorum, imprimis Pauli ſcriptis verba et phraſes occurrere, quārum non pudit preſtoſ elegantes Graeciae ſcriptores, uti videre eſt ex libris eorum, qui puritate linguae graecae N. T. defendere ſtuduerunt, vi Sebſt. Pſcheniſus de lingua graeca. N. T. et Stolbergius de Solocism, et Barbaris. graecae N. T. diſtioni falſo tribuit.*^{*)} Hoc aduerſariis libentiflī demus, nec nos in hoc concedendo diſciles morofosque praebeamus, ſcripturas f. populari oratione eſſe compoſitas et conſcriptas, quod Paulus ipſe innuere videtur in Corinth. II. 1, vbi dicit, fe non veniſſe Corinthum καὶ ὑπερεχόντος ἡ σοφία orationis et ſapiencia excellenti, quam Sophiſtae tunc temporis iactabant, et veri. 4. ὁ λέγος με καὶ τὸ πέντε με ἐν ἐπιθεσὶ ὀδηγοῦσιν σολας λέγους, oratio mea ad perfluendū artificiole et ſubtiliter more Philoſophorum non fuit compoſita: et a Corinth. X. 4. aliter, ταῦτα τῆς γρατελας ἡμῶν εἰ σογκά δὲ h. e. arguēta, quibus veritatem doctimac, quam doceo, adſtrure ſtudeo, contra calumnias hominum religioni Chrifti. inimicorum περὶ καταιγίδον ἔχοντας; ea non ab arte humana, non ab acumine de- monſtrationum, aut eloquentiae vi atque effacia perita ſunt. **)

Conf.

^{*)} Conf. Io. Augenſti Ernstii institutio interpretis Noui Testamēti Cap. VII. de vī Veronis LXX. V. T.

^{**) Vid. D. Ioh. Christoph. Doederlein, institutio Theolog. Chriftiani in capitulo religionis Theoreticis noſtris temporibus accommodata Pars I. p. 168. et D. Wil- helm Abraham Tellers Wörterbuch des neuen Testaments p. 148. et zur Beſtä- derung des möglichſten Gebrauchs des Wilhelm Abraham Tellerschen Wörter- buchs des neuen Testaments P. I. Article Fleischlich et P. IV. p. 249.}

1 Corinth. II, 4—6. Ex his locis luclestissime apparet, Apóstolos in proponenda doctrina falutari populari dicendi genus esse fecitos, neque hac assertione quidquam auctoritati scripturae s. detraictum iri putamus, modo recte explicetur, quid sit popularis oratio, quid sit populariter loqui. Popularis oratio nobis dicitur ea, quae communi hominum intelligentiae est accommodata, in qua nulla verba perceptu difficilia occurunt, quae sic est ordinata, construēta atque composta, vt, qui audiat, statim sentiat atque animaduertat, quid libi velit orator. *Populari oratori, telle Cicerone,*^{*)} *semper videndum est, quid deceat non in sententia solum, sed etiam verbis.* Hace enim sapientia maxime adhuc eloquenti est, vt sit temporum personarumque moderator. *Nam nec semper, nec apud omnes, nec contra omnes, nec pro omnibus, nec omnibus eodem modo dicendum arbitror.* Is erit ergo eloquens, qui ad id, quodcumque debet, poterit accommodare orationem. Populariter loqui ex nostra sententia non denotat, tenuiter ex Philosopherum praeceptis, nec ex Rhetorum scholis elegantissime dicere, ita, vt audiendum animi praefigis verborum fallantur: sed sic orationem insituere atque moderari, ut omnibus, quibus necesse est, satisciat; vt oratio iis admirabilis esse videatur, quibus liberè licet iudicare; vt maxime teneat, oblectet et permoueat eos, qui audiunt; vt quae notio atque vis sit vnicuique verbo subiecta atque attributa, statim animaduertatur atque intelligatur ab auditorebus. Qui populariter loquitur, non vitur verborum lenociniis, quae vt facile intrant animos, ita celeriter efflantur, sed sapienter dicit de rebus, ita, vt alie in animos penetret oratio. Quid genus dicendi populari omnium esse difficultissimum, nec vno altero conatu posse comparari, ideoque iis omninem eloquentiae laudem summo iure deberi, qui exercitationis assiduitate, et studii magnitudine, hoc consecuti sunt, vt populariter dicere possint, probe scūnt, qui in hac facultate comparanda multum temporis atque otii impenderunt. Omnes, qui huius rei periculum fecere, et sic orationem moderari didicere, vt doctus indoctusque, cum abierit, hoc laudis iis non possit non impetrare, hic cum fructu, rebusque quam accommodatisse me planissimeque locutus est;^{**) hī igitur omnes vno ore fatentur, in eo sumnum acumen, et vim maximam ingenii oratoris elucere. Quamvis}

fortasse

^{*)} Vid. Cic. Orat. §. 24. et Offic. Lib. II. Cap. 14, 19.

^{**) Vid. Spalding über die Nüchternheit des Predigiantis und deren Beförderung, dritte Aufl. 1775.}

fortasse ii concionatores a nostra sententia longissime abhorreant, quorum ex sententia populariter dicere nihil aliud significet, quam pro fugitivo sacro temere effutre atque proferre, quidquid in buccam veniat. Tali modo res sanctissima ludibrio eorum exponitur, qui in quaue re, videndo, quid distent aera lupinis, sentum indicandi acuerunt. Nos longe alter statuendo putamus, quo si implicitor communiqueremus hominum intelligentiae accommodatior, atque ab omni fuso alienior sit oratio, eo iucundiores eam, et melie suauorem, ab omnibus intelligentibus, huiusque rei peritis eximisatoribus indicatum iri. Nunc autem videndum et explorandum est, num eiusmodi oratio in facris effatis occurrat, quae nec inusitatae imaginibus turgida atque audax, nec verborum sonitu rauca, stridens atque horrida, sed leniter fluens, dulciter ac iucunde mouens deprehendatur. Atque oratio virorum diuinis inflatorum popularis esse debebat, si intellectum idoneis necessariis que notionibus informare atque voluntatem ad auditu fideleri exsequenda impellere oratione volebant. *Etenim cum in iis*, sunt verba B. Ernelii, *res Christi et Apostolorum omnisque felicitatis aeternae consequendas ratio generi humano tradenda est*, *spiritus diuinus ita scriptoribus eorum suggerit omnia*, *ut etiam a plebeis indoeisque hominibus intelligi possent*, *imprimis*, *cum hos videret facilius ac prouius accipituros salutarem doctrinam*, *quam nobiles atque eruditos* ¹ *Corinth. I.* Itaque et in rebus, et in verbis summis et opta plebi adhibita est perficitura, nisi interdum ingenio scribentium concedendum aliquid videretur, unde forte Paulina illa, quae Petrus vocat, *doctrina oritur*. Vid. Ioan. Aug. Ernelii Opuscula philologica critica de difficultatibus novi testamenti recte interpretandi pag. 200. Agedum illufri atque conspicuo exemplo proposito rem nostram dirimamus. Angustiae plagarum, quibus nostra disquisitio coercita est, prohibent, quo minus omnia hue pertinencia percurrente attingere queamus. In Apollolo Paulo, guarissimo popularis orationis, viice intuendo nostra imporetur oratio. Ad nostram causam non attinet hic item renouare inter viros doctissimos diu vario Marte agitata, atque a B. Thalemanno penitus diretam in *diss. de eruditione Pauli iudaica non graeca*. Hoc vero lauds Paulo impertinendum esse merito censemus, eum nempe omnibus dobris eloquentissimi dixeritissimum oratoris natura fautrice fuisse instruissimum. Inerat in eo mira docilitas et sagacitas, diligenter et dilucidas omnium eriam absturfarum et reconditarum rerum notiones sibi celeriter efformandi, efformatasque aliis planissime proponendi, eximia atque plane diuina vis iudicij et dexteritas

tas prauum a recto statim discernendi atque diuidicandi, argumentandi subtilitas singularis, denique florentissimum ingenium res a confpectu hominum longe remotissimas sub variis iisdemque longe exquissitissimis imaginibus rudiun intellectu sic repreäsentandi, vt pene oculi videre atque manusprehendere possint.^{*)} Quae dotes natura ei infinitae, in schola Gamalielis excultae atque expolitae, Act. XXIII. in altissimum eloquentissimi oratoris fastigium mox eusebant Paulum. Quam vero laudem qui Paulo detrahere maligno animo audeat, aut scripta eius non legerit, aut plane homili atque peruerso animo legerit. Nac illi in faciem dicam:

Οὐ γε ἐγώ τὸν Φημί χρειάζον θέστιν ἄλλον
Ἐμμενεῖ.

Ego, quotiescumque scripta Paulina euoluo atque perlego, intimis viceribus dulcissima affectus voluptate, manibus pedibusque in tentationem Theologi quondam meritissimi eo, qui, cum verba pro concione facienda essent, libra Paulinis, praefertim epistola ad Romanos attente legenda, rotabur et vim eloquendi sibi comparabat. Oratio Paulina argumentorum idoneorum invenzione numerosa, sententiariisque acutissimarum grauitate repleta, et variarum figurarum ornamenti distincta atque expolta deprehenditur.^{**) Nihil sublimius est Paulo in commiendo, adhortando, deterrendo, atque impellendo. Quam singularis atque plane diuina Pauli eloquentia cognoscitur in oratione Athenis in Areopago habita Act. XVII, 22. Vitium initio tenui dicendi genere ad fauorem benevolentiamque sibi conciliandam. Vos, ait, auditores, religioni maxime deditos esse, animaduerto, ita vocem desideripias explicò. Conf. Mosheimi Theolog. Moral. Tom. III. ***^{***}) Postquam eructis atque attonitis vidit audientes, fit etiam}

^{*)} Conf. Niemeyeri Charakteristik der Bibel, P. I. et Tl. Hemsterhusi orationes, quarum prima est de Apostolo Paulo etc. praefiguntur duas orationes Ioannis Chrysostomi in laudem Pauli Apostoli. Lugd. Bat. 1784. it. Symbolae literarie ad incrementum scientiarum omne genus, curante J. P. Berg. Hagae comitum et Duisburg. 1783. Conf. recent. Ioh. Christoph Doederlein anter leseme theologische Bibliothek, 3r Band, 26 Stich, p. 132.

^{**) Quid ea omnia vobis cognoscere velit, ad eam epistolam Pauli ad Ebraeos scriptam, Paulum vero huius epistolas esse andorem B. Grammer omnibus cuiusdam argumentis. Erklärung des Briefes Pauli an die Ordner von Johann Andreas Cramer 1757, et praecertim dritte Ueberhandlung p. XXXIX. Conf. etiam Beiträge zur Beurtheilung und Beförderung des Christenthums von Jacob Foschius zweites Stück der zweiten Abhandlung: Jesus von Nazareth und seine Apostel hatten gute Absichten, und waren ehrliche Leute. §. 32 u. 33.}

^{***}) Vid. Neue Ueberseitung der Apostol-Geschichte, Halle 1779. p. 79. Ich bemerke bey auch Athens Bürger bey allen hälfte viel Religion: et D. Cbr. Guili-

grauior et vehementior in eloquendo. Haec eloquentiae vis atque efficacia in caeteris Apostoli orationibus facilissime animaduertetur, v. c. Act. XXIV, 10. XVII etc. Vide S. V. Noefelti plane egregius liber *Verteibigung der Wahrheit und Göttlichkeit der christl. Religion* p. 363. In omni orationis genere Paulum principem extitile omnibusque palmarum praeipuisse facile exiliauerim. Quod nādus orationis Paulinae in sublimi, quod apud Rhetores dicitur, genere! Fulgurat, tonat, miscet omnia. Sic qui Paulum ad Rom. VIII, 38—39. alisque locis quam plurimis loquente audierit, vel legerit, nonne eodem amoris studio erga Deum fe abruptum atque inflammatum sentier? Coll. Galat. III. Eph. III. etc. Plura qui lumina orationis Paulinae atque ornamenta, reliquorumque diuinitus auctorum scriptorum cognoscere velit, aedat aureolam Glaellii Rhetoramicam in praefantillima eius Philologia extantem.^{*)} At enim vero cum Pauli oratio ad morum praecpta tradenda inculcanda debatur, quam simplex, concisa, brevis sine omni obfcuritate, fedata, anni leniter defluenti sumillima, reperitur. Hoc etiam in Paulo scriptisque Paulinis maxime et admirandum censurique in eo non exigua eloquendi dos et dexteritas, quod rarius extiterit oratores, qui in vitroque dicendi genere pari modo excellerint. Notissimum enim est, breuitatem orationis obfcuritatem plerunque parere: *brevis effe labore, obfcurus fio.*^{**)} Quod longe alter in Paulo accidit. Quo magis in morum praeceptis clavis inculcandisque breuitati fluit, (namque morum praecepta brevissima sint oportet, quo altius animo inhaerent.) eo dilucidor admirabiliorque vbiq; cognoscitur eius oratio. Quod paulinum intelligetur, si epistolae Paulinae, et praefertim paræmenta in fine plerunque *as τὰ βέβαια καὶ ὅτι πάντες γένονται additæ*, diligenter evoluntur atque animo pie admouentur. Ex his omnibus hue vsque prolati sole meridiano clarissus apparet, neminem in eo docendi dicendique genere Paulo ditteriore peritiorumque suisse, eumque omnes oratoris popularis partes felicissime expelle. Quo vero magis apparet, omnia etiam verissima esse, quea hue usque in laudem orationis Paulinae proposita fuerunt, ex quodam luculentiori exemplo cognoscere nobis adhuc licet. Et quidem epistolam ad Philemonem scriptam cum in finem scriptum percurreamus. Quia ex epistola sumnum Apostoli ingenii acutum, sumnam et pene incredibiliteriam

Thalemanni versio latina Euangeliorum, edita a S. V. D. Carolo Christiano Tittmanno, Berolini 1781. video, vos, Atheniensis in omnibus rebus esse religiosissimos.

*) Conf. B. Ernesti institutio interpretis N. T. part. II. Cap. X. de usu disciplinorum §. 26.

**) Vid. Horat. de arte poetic. v. 25.

11

Iertiam et dexteritatem persuadendi, et hominum voluntatem, vbi voluerit, flectendi eluere, nullus huius totius rei gnarus, nec mala iudicii consuetudine depravatus, inficias ibi. Totius epistolas strucula atque orationis habitus iam a veteribus interpretibus summis ornatus fuit laudibus, Chrysoformus Theophylactusque huius epistolaes affidum et diligentem selectionem omnibus inculcarunt, et summopere commendarunt. Wittius in Melet. Leid. *arynardzaw* Apostoli plane admirabilem venerabundus agnoscit et praedicat. Et in Tom. XVI. script. l. a Bruckero edit. in introductione hoc encomio haec epistola insignitur: in diejēn Briefe sind einige seine Züge von der wahren Rēde-Kunst, so daß er meiner Meinung nach, ein feiner Brief genannt werden mag. Eine solche Ehrebeichtung und Höflichkeit gegen Philemon, eine solche Zuneigung und Theilnahme für Onesimus, welche seitwärts gehobene, aber rechtmaßige Erinnerungen, eine so sanfe und zärtliche Ansprache, wie in diesem Briefe durchscheinen, sind allein genug, uns zu überzeugen, daß Paulus nicht gänzlich ein Fremdling in der Welt war, oder daß er kein so alterner Schwärmer gewesen ist, als wie ihn die Feinde der Offenbarung bisweilen haben abmahlen wollen ic et in nota 1588. adieca: Da dieser Brief ein redets Meisterstück einer ungekünstelten Veredeltheit und ein dringendes Vorstellung ist, so verdient das Rührende, das der Apostel so geschickt anzunehmen gewußt hat, darinum besonders angemerkt, um was die griechischen Redner *ηδη και πάθεις* nennen, erwogen zu werden, um zu erkennen, daß die heiligende Gnade die natürlichen Gaben und Mittel nicht verachte, sondern heilig annehmen lerne, und also nicht in einem unordentlichen Geschwadre, sondern in einem zur Ehre Jesu Christi gerichteten wohl überlegten und geordneten Vortrage die thuersten Wahrheiten darstelle. Nunc dispiciamus, cur Paulus huius confirmandae epistolaes consilium ceperit? Onesimus apud Philemonem in servitio fuerat, ex quo ob culpam aliquam grauem sibi contractam fuga salutem petierat. Dura omnino tunc tempora erat seruorum conditio. Vid. Laur. Pignorius de servis, p. m. 12. 13. et quae Hugo Grotius in praefantissimo libro de iure belli et pacis lib. III. aliasque locis sparsim attigit. *In servitate experunt multa iniqua, i. e. accidunt, i. fūl veniunt.*^{*)} In quo vero huius Onesimi facinus admisum proprie confiterit, non satisque, nec ex epistola dilucide eruji potest, nisi forte ex vers. 18. suppicandum esset, cum suis malum ratocinatorem. Sunt, qui putent, Onesimum a Philemone paulo durius suis tractatum. Philemon erat gente Phryx. Phryges vero duras inflexibilisque ceruicis suis traduntur, quod etiam Stephanus, cum lapidibus obrueretur, Indacis obdurus in Apologia

^{*)} Vid. Plautus Amph. Act. I. Scen. I. v. 10.



obicit: σκληροτερόχθλοι καὶ ἀπειδήμοι τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς ὄφῃ Act. VII, 51. Hinc etiam multa vulgari sermone vñitata prouerbia de Phrygibus extant. Sero sapient Phryges apud Cic. in Epist. Phryx plagiis emendatur. Φρύξ μηδὲ πτερω. Vid. Suidas Tom. III. p. 638. At enim vero omnibus rite expensis atque exploratis omnis culpa a Philemone remouenda, atque in Onesimum potius deriuanda esse videtur, cur fugam capesset, et inde gravissimam poenam sibi contraheret. *Vid. Codex Iustinianus tit. de seruis fugiis.* Onesimus sine villa dubitatione in famulatu Philemonis hoc officii fuerat inuenitum, vt alius seruis cibum potumque porrigeret, rationemque et acceptorum et datorum rite subducere, vid. vers. 17. vbi Apostolus dicit: si aliquid nocuit tibi, si quid fugiens absulit, et debitor obraetatus factus es, τέρῳ ἐκαὶ ἔλλεγει, qui serui παιδεύονται, διδάσκονται, επιτελοῦνται vocantur, vid. Galat. IV, 2. legi hie meretur, quae Moschensis in Comment. ad I. Corinth. Cap. IV, de hoc seruorum ministerio addidit, atque ex antiquis explicavit. *) Quod si hoc afflaminus, facile poterat accidere, vt Onesimus, reus neglegctae atque male administratae οἰνεργίας apud Philemonem fieret, sicut Oeconomus Luc. XVIII, 1. et malefactorum conscientia exulererat aufugeret: cum nihil sit miserius, quam animus hominis confusus. **) Serui neglegctae θεραπείας apud dominum postulati morte plerumque mltababantur crudelissima, id est Christi Matth. XXIV, 48—51. phrasit hac vitre καὶ δρχοτομοῖσι δύροι, i. e. morte crudeli interficiet infidelem seruum. Abi Onesimus Roman., vbi tune temporis Apostolus Paulus captiuus detinebatur. Venit in conformatum atque amicitiam huius Apostoli, ab eoque salutari doctrina imbutitur. Postquam necessiarum rerum, quarum notitiam fides in Christum salutifera, eiusque exercitatio impensa requirit, cognitio nem animo penitus imbibatur, et meliore mente mentem induendo ad fragum redierat, Christianum se esse profiteret. Fides haec in Christum aliam vitam asserebat, alias mores postulabat. Onesimus nunc suos mores ad Pauli mores conformando, omnibusque rebus exacte ad normam perceptae inflictionis recte feliciterque gerendis, fauorem, benivolentiam atque amicitiam Pauli mox sibi comparat et conciliat, sicut fieri solet, vt, cum emendati morei emicorū sint, tam fiat inter eos omnium rerum, consiliorum, voluntatum, fineilla exceptione communitas. *** Animus Onesimi serui admissi

*) Conf. D. Gabriel Christoph Benjamin Moschee Numerungen zu den Sonn- und Festtagen Epifeli, ersten Abschnitt p. 23.

**) Vid. Plautus Mostell. Act. III. Sc. I. Magna vis est Conscientia, et Cic. pro Milone, it. lib. VI. Famili. epist. IV. Horatius lib. I. Epist. I. v. 60 et 61.

***) Vid. Cic. de amicit. Cap. XVII. Proverb. XIII, 20. Εἴδως αὐτὸν ἅπαντα

eriminis indignitatis poenitentia tangitur. *Optimus est portus*, teste Cicero, *poenitenti, mutatio confilii*. Recludit ergo, cum in oculis animoque illi verfaretur facinus, intima perturbati pectoris sensa, expromitque omnia occulta apud Paulum, quocum nunc familiarissime atque amicissime viuit. Ille, tenerimi amoris affectu ducus, fit Onefimi *prelator*,^{*)} iramque atque indignationem Philemonis mitigare, et cum Onefimo reconciliare omni data opera studebat. Nuncipium Apofolorum loquentem audiamus, eiusque plane eximiam et diuinam in perfuadendo permonendoque eloquiam admirarem. Alter incipit epistolam, ac in ceteris, exceptis ad Thesfalonicenses duabus, confuerat. Se non vocat Ἰησοῦς τὸν Ιησὸν, ministrum, fidei doctorem diuinutus constitutum, sed δέσμων Χριστὸς ἡρῷον propter doctrinam Christi, eiusque liberam professionem iam carcere atque vinculis inclusum atque detentum. Non vult auctoritate Apofolica sibi diuinutus tradita Philemonis irati animum perterrefacere, sed commemorata sua conditio deploranda potius ad misericordiam condonandumque fleclere. Quanta vis prudentiae, vnicuique oratori atque doctori publico quam maxime necessariae, ex hoc tam aprime posito epifolae initio atque salutatione appetet! Nonne Philemonem a veſtibulo epifolae etiam sui officii statim commonefacit, nempe iniuria, ipsi a serua transfiga illatae, ignoscendi? Vocat Philemonem ἀγαπητὸν, ad interiorem suam amicitiam indicandam, qua Philemonem, ut virum valde pium complectebatur. Praedicta Philemonis hospitalitatem, integrumque Christiani benefaciendi studium. Quae munificentia erga egenos, et φιλόξενοι erga peregrinantes, alii in locis Ebr. XII, 2, 1 Petr. IV, 9. 2 Ioh. v. 10. 3 Ioh. 5—8. Christianis feuerilline inungunt.^{**)} Quia hospitalitate aque munificentia impigre exercenda Philemon ne vbiique οὐεγένει Apostolorum praefliterat. Nec hanc laudem Apofolus praefermit silentio. At non fatis erat, has virtutes commemorasse et collaudasse, etiam siue integrumque erga Philemonem amorem aperit, suarum precum pro eius salute, salutisque incremento suscepturn mentitionem iniciit. Quid hoc efficacius dici cogitarique poterat ad Philemonis

B 3

animum

^{*)} οὐδὲ μαθήτης. Aristot. Ethic. VIII, 4. Τετάτη δ' ἵνα ἐν τῷ ἀγαθῷ φύσια καὶ πεπ

^{**)} Vid. Terentii Phorm. Sc. I. A. II. v. 60. ad prelatorum aedam, credo, qui sic orer.

^{**) Vid. System des christlichen Moral von D. Franz Wolfmar Reinhard p. 354. Hospitalitatem etiam apud veteres Germanos magno in honore suffice testatur. Tacitus de moribus Germanorum Cap. XXI. Coniubibus et hospitiis non alia gens effusus in dulced. Quemque mortalum arcere rebo, nefas habetur, pro fortuna quisque apparatus epulis excipit. Cum defecere, qui modo hospes fuerint, monfrator hospitalis et comes, proximam domum non iniuriant. Nec interfest. Pari humanitate accipiuntur. Et Homer. Odyss. I. v. 271. Ζεὺς, οὐτε πάντες οὐδεὶς αἰσθούσεται.}

animum permouendum, et mansuetudine, lenitate atque indulgentia incendendum atque inflammandum? Praefertim cum in sequentibus ad laudem Philemonis adaugendam adderet, se de fide eius salutari auditu multum percepisse, atque de caritate erga quosunque Christianos; nec hanc fidem in Christum ~~ἀπείπεται~~ fuisse, sed se potius iam efficacissimam praebuisse per varia caritatis opera. Nonne haec modella commemoratio tantum virtutum, quas in Philemonem cadere ait, acutissimum relum erat ad Philemonis pecus penitus perfundam, propensiisque efficiendum, ut supplicium remitteret, et Onelimo condonaret? Quo circa sic Philemonis benivolentia conciliata, clarius iam aperit mentem suam, se nunc de eius amicissimo animo hanc opinionem et fiduciam fovere, vt cum Onesimus in gratiam eum redditurum esse, atque reconciliatum iri putet. Opportune vers. 8—9. figura vtrum, quae correcione dicitur, se non opus habere, asserens, vt ex auctoritate Apostolica Philemoni imperet *τοῦ αἰνέντος*, quod deceat, quid conueniat, et quid in hac cauila religio Christiana a cultoribus posuile, se, auctoritate apostolica postposita, veille cum amico amicissime loqui. Nunc Apofolum audi, atque admirare omnibus, quibus opus erat, ad perfaudendum communquendamque dotibus infrafrustissimum. Quae ἐπέγειρα, et flumen totus orationis, vers. 9. *τοῖστος ὁ, ὡς Πατῶν περιβόητης, νοὶ δὲ νοῦ θεοὺς ἵππος Χερσὸν, κ. τ. λ.* quas ardentes faces animo addere potuisse? Gradationem adhibet: perpende tecum, quaeo, Philemon, quis sit ille, qui te iam roget: ego sum Paulus, diuinum constitutus Apostolus, Act. IX. ego sum tibi longissimum abhinc tempore notissimum coniunctissimumque, nos Germani dicimus, ich bin dein sehr alter guter Freund, cui hoc gratissimum animo propensissimo feceris: ego Christi causa iam vinculis detineor, nec libertate doctrinae salutares libere exponendi fructus, cuius tu, amicitia intima ductus, vicem tristissimum certissime lugebis. Quid his momentis ad alterius benivolentiam comparandam accommodatus dici singique potest? Etiam in honoriscentissime appellando Onesimum multum oratoris ingenii acumen cognoscitur. Nominat Onesimum filium suum, εἰς δοκεῖς αὐτῷ ad Christianum alluctem et perducent. Quo vero difficilior et molestior Onesimi suiflet emendatio, eo cariore et iucundiorum esse emendatum, ideoque Philemonen gratissimum fibi esse facturum, si Onesimo veniam det, eumque in tutelam iterum suscipiat. Et ne recordatione damni illati animus Philemonis ira exacerbetur, tacendo potius omnem Onesimi culpam praeterit, et verbis lenissimis mitigare studeat. Ex hoc etiam silentio, *κινάζων* obleruato, maxima oratoris prudentia eluet. Πολλαῖς ἀνθεύοντος φρέμασκε κακὸν στρῆ. Haec parva περίσσως multum ad

ad animum sedandum conferre poterat.^{*)} Tandem vocat Onefimius per Euphemismum ἔχετο, nullius frugis hominem, qui pessime administrato famulatu omnem indiguitatem domini sibi invenio contraxerit. At enim vero statim adicit, ἔχετο illum, sua opera factum esse εἶχετο, qui officia omnia neglecta eo maiore diligentiae assiduitate, curae sollicitudine atque improbo labore iam cumulatissime fit compensaturus. Hortatur denique amicissimum atque tenerissime, vt eiusmodi fidelissimum utilissimumque feruum, qualis Onefimus factus sit, omni honore dignum habeat. Τὸν διὰ σπλάγχνα πεσολαβέ. Grotius σπλάγχνα pro animo explicat, vt Sirach XXX, 7. XXVIII, 5., sed constat pueros, hinc liberos apud veteres saepe σπλάγχνα esse appellatos. *Vid. Artemidori Oneirocrit. lib. I. cap. 46. p. 49.* Rigalt. edit. Καὶ γὰρ εἰ πάντες σπλάγχνα λέγεται. Sic Pauli verba vertenda esse puto collat. vers. 10. tracha Onefimium ad te redeuntem tanquam me alterum, nimm ihn auf, als meinen Sohn, der mein anderes Kind geworden, welches ich in meinen Wanden gesetzt habe.^{**)} Ἐχαρίζων πρέσος οἴεσθαι iterum mitigat Apollonius lenitate verbi id, quod in re erat. Asperum, ideo ad modicum tempus a te discessit, vt a me corretus, et melioribus moribus induitus atque informatius perpetuo tibi esset vallis.

Tela orationis iam est abrumpenda, nec quae in promptu adhuc sunt, attigerere possimus: modo paululum vers. 20. considerando immoremur. Quia temerrimi amoris significatio incepit, eadem nunc etiam concludit epilogam, καὶ αὐτόφη, τρυπανόν εἰναι τὸ κυρίον, fac frater dilectissime, vt te fruar, vt Onefimi caufa omnia optima mihi a te polliceri possim, vt te gaudem, quando cognouero, Onefimiu a te amicissime fuisse suscepimus tractatumque. In voce usurpanda ἀνθεῖ Apolloſlus ad nomen Onefimi allusio Glafii videatur.^{***} Haec vox significat non solum frui, sed etiam gaudere, sicut parentes liberis bene moratis gaudent. *Vid. Elsnerus p. 331.* Mente meam, metuentem, ne quid acerbius forsitan in Onefimium confusas, tranquilla. Sic Paulus Philemonem Onefimi gratia rogabat, vt maiori studio non posset. Ex his pauculis, quae in medium attulimus, liquidiſtine appetit, Paulum et multum polluisse vi eloquentiae, et in verbis, vnicuique rei aptissimus, inuenientis et disponendis suisse exercitatisimum.

Apud

^{*)} Hic consuli merentur programmata praeclarissima, S. V. Reinhardi, de vi, qua parsue res adficiunt animum, in praepceptis de moribus diligenter explicanda. *Vit. 1785 — 1787.*

^{**)} Sic Cic. in Lael. est is amicus quidem, qui est tanquam alter idem. Et Graec. cī, ιερὸς φίλος πρέσος ιερὸς. *Vid. Aristoteles Lib. IX. Cap. IX.*

^{***} Vid. Glafii Rhet. Tract. II. Cap. II. p. 526. edit. mense.

Apud animum constitueram, aliquot Ciceronis epistolis, et praesertim Plini epistola XXI Lib. IX, cum hac Paulina, comparandis offendere, Paulum in verborum electione, collocatione, atque omnibus oratoris diserti muneribus feliciter exsequendis, aequo disertum, quin multo disertorem, Cicerone, Plinio, aliisque suis, qui ad hunc usque diem eloquentias principatum tenent. Pauli scripta omnia sunt dignissima, quae manu nocturna diurnaque versentur, penitus imbibantur, edificantur, in fucum sanguinemque convertantur. Paulus est, manifestaque incomparabile orationis popularis exemplum, in quo omnibus indefessa cura est intuendum, qui in eo dictions genero aliquid proficere volunt.

At vela contrahenda sunt, et omnibus remis ad portum est nauigandum. Cursus et iter orationis eo nunc est deflectendum, cuius causa fuit institutum inceptumque. Laetor ex intimo pectoris affectu, me etiam in hac litterarum vniuersitate artibus, ad Theologiam recte cognoscendam pertinētibus, esse imbutum, cui, **Tu VIR MAGNIFICE, SVMME VENERABILIS**, et liberaliter influenter, et doctissime elegansimeque de rebus dogmaticis et exegeticis scribendo, utilissimam luci usque dedicti operam. Diuino auspicio atque iussu Serenissimi Duci Electoris Saxonici, **EPHORVS SVMME VENERABILIS** Dresdeni Dioceſeos constitutus, et honoribus longe grauiſſimis Conſiliaris ſupremi ſenatus ecclieſafici condecoratus, Dresden honorificatissime arcessitus fuili. Quo acerbius Vitberga iacturam **TVI**, **VIR MAGNIFICE**, ſentiet, et Academia, **TE** doctore excellentissimo orbata, lugebit; eo laetus Dresden **TVA TE** viuis apertis excipiet, in gremioque suo fouebit. Nihil cumulo meritorum **TVORVM** Ampliſſimorum, et ſcripus editis, et fideliter docendo partorum, oratione mea addi potest. Exegiſti iam **TIBI**, **VIR MAGNIFICE**, **SVMME VENERABILIS**, monumentum, aere perennius, quod nec innumerabilis annorum feries, nec fuga temporum potuerit diruere.*). Nec **VIR** omni genere scientiarum exultissimus eger laude hominis, vix mediocriter litteris tincti. Haec potius detracit atque deminutio laudis videri posset. Precor tantum eniximis precibus Deum, sumnum omnium rerum moderatore reſolueque, vt **TE**, **VIR MAGNIFICE**, **SVMME VENERABILIS**, quam diutissime viuum ac foliſtem praefet, vt pro **TVA Φιλωθρωται plane singulari** aliorum ſaluti liberaliter confundere queas. Quid ad me vero attinet, nihil magis in omnibus votis habeo, nihil flagrantius et ardentius omnibus precibus rogo ac contendō, quam ut sis meaenaeſe mei memor.

*) Horat. Lib. III. Od. XXX.

Pon 2f 106 7

2v

f

ULB Halle
004 178 165

3



IA-702

an 2 u. an 3 noch nicht aufgenommen

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Centimetres																		

Farbkarte #13

B.I.G.



DE APOSTOLO PAVLO,
ELOQVENTIAE POPVLARIS OMNIBVS NVMERIS
ABSOLVTAE EXEMPLIO, PAVCVLA
QVAEDAM DISSERENS

V I R O

MAGNIFICO AC SVMME VENERABILI,

D. CAROLO CHRISTIANO
TITTMANNO,

MVNVS SERENISSIMI DVCIS ELECTORIS SAXONIAE
SVPREMI SENATVS ECCLESIASTICI CONSILIARI, DIOCESEOS DRES-
DENSIS SVPERINTENDENTIS ET PASTORIS AD AEDEM
S. CRVCIS PRIMARII

A. D. III. KAL. OCTOBRIS A. R. S. CIO IO CCLXXXIX.
AVSPICATO ADEVNTI

EX ANIMO GRATVLABVNDVS OMNIA FAVSTA ATQVE
PROSPERA APPRECANS,

FAVORI TVTELAEQUE OMNIBVS, QVIBVS POTEST
MAXIMIS, PRECIEVS

SE PIE COMMENDAT

IOANNES GOTTL OB RIECKIUS
AA. M. ET PASTOR SIZERODAE.

DRESDAE,
LITTERIS HENR. GVIL. HARPETERI.

19.